



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum XXIV. Ne Religiosi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

benedicuntur, tunc gestatio habitus Novitiorum per annum non inducit professionem tacitam. Idem habetur in *c. 1. §. ult. hoc t. in 6.* Hæc declaratio seu limitatio sublata est in *Clement. 2. hoc tit. & decretum*, ut pubes deferens habitum novitiorum non patenter, sed latenter, ut dixi, distinctum, ceteri debeat tacite professus: atque huic tacite professioni adhuc hodie locum esse testantur *Navar. Conf. 34. de reg. n. 5. edit. 2. Sanchez 5. mor. c. 3. n. 36.* dummodo Novitius ætatem legitimam compleverit.

Quam ob rem in Religionibus, in quibus habitus Novitiorum ab habitu Professorum, patenter distinctus non est, Novitius si manere nolit, vel Ordinis regulam diutius probare cupiat, circa finem anni probationis protestari debet, se non gestare habitum animo profitendi, sed tantum probandi Religionem. Veruntamen, si vel statutum sit in monasterio, aut consuetudo, seu communis persuasio, quod nemo censeatur professus, sed semper ab Ordine dimitti possit, donec ad novam vestium benedictarum assumptionem, vel donec ad expressam professionem admissus sit; tunc tacite, seu præsumptæ professioni locus nullus erit, uti notavit *Sanchez. c. 13.* & ideo puto casum hujus tacite professionis rarissimum esse.

CAPITULUM XXIV.

Ne Religiosi.

PARAPHRASIS.

Ne Regulares vagandi occasionem habeant, ac propriae salutis detrimentum incurrant, & peccatis eorum Prælati obnoxij fiant, statuit Greg. IX. ut ij, qui generalibus Capitulis præsident (ut dicitur in *cap. penult. de statu monach.*) seu Abbates, annuatim suos fugitivos, & ejectos requirant: qui si in monasterijs suis recipi possint, secundum regulam (nam v. g. regulâ S. Benedicti, 29. prohibetur, ne qui ter fugitivi facti sunt, iterum recipiantur) monitione præviâ, per cen-

suram compellantur ad redeundum, si vâ Ordinis disciplinâ; sin autem Ordo non patitur, ut recipiantur, tunc Apostolicâ auctoritate provideant, ut in eodem monasterijs, si sine scandalo fieri possit, alioquin in alijs ejusdem Ordinis ad agendam penitentiam includantur, & vitæ necessaria ministrantur: sin autem illos inobedientes esse compertum eos excommunicent, & curent ab Episcopis, si eorum Prælati publicè denuntiari, pro diu excommunicatos fore, donec mandato ipsorum præsidium, aut Abbatum pareant. Hanc constitutionem hodie fermè in desuetudinem venisse annotat *L. 4. tract. 5. c. ult. q. 4.* Vide etiam innovationem factam à *Card. congregacione anno 1624. die 21. Septembris, quâ Barbosa hic in fine.*

CAPITULUM I.

in Sexto.

Is qui.

PARAPHRASIS.

Qui ante annos pubertatis Religionem ingressus fuit, adeptus pubertatem liber egredi poterit, nisi post actam legitimam, Professionem fecerit expresse, vel habitum Religionis, qui Profecio dicitur solet, susceperit, vel Professionem, quam ante pubertatem fecit, postea ratam habuerit expresse.

SUMMARIUM.

Quando sufficiat tacita ratificatio professionis, quando non?

Notandum. Qui professionem edidit ante pubertatem, debet eam, postquam annum probationis, & actam annorum complevit, expresse ratificare, at verò si professionem edidit pubes factus, sufficit, si postea completâ ætate 16. annorum, tacite ratificet, exercendo v. g. cum Professorum proprios, dummodo tacite professionem priorem irritam fuisse, docuit *Navarrus con. 27. de reg. Sancti*